

ZENTA PHILOSOPHVS, ET REX GOTKORVM.



Zenta rerū naturaliū notitia & abstrusiori philosophia in magna authoritate apud Gothos fuit, Anno mundi creationis 2730. Itaq; Gothi qui post ducū suorū in Asiam expeditionē domi remā serāt, eum ob generis nobilitatem, et maximarum uirtutum eminentiam ad regnum uocarūt. Id cum assumpsisset, toto desiderio ferebatur ut Gothi humioribus legibus assuescerēt, & ciuilis uitæ institutis operā darent. hinc ijs certas leges prescripsit, atq; ad mansuetiorem uitā reduxit. hactenus enim ipsi omnium uirtutum summam in militari uita col locarant, atq; Martem belli Deum morte captiuorum tantūm placari posse putarant. Cum hoc modo magna laude prætuisset, tandem obiit, & Sagillum successorem reliquit.

Ioan. Mag. Hist. Goth. lib. i. cap. 33.